

5027

DISSE¹⁷¹⁶TATIO^A JURIDICA,
DE

REMISSIONE
TACITA PIGNORIS
VEL HYPOTHECÆ PER
ACCEPTIONEM CHIROGRAPHI
NOVI AUT FIDEJUSSORIS,

QUAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO CAROLO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE
BRANDENBURGICO, ETC.

IN ALMA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO, JCto,
S. REG. MAJ. BOSUSS. CONSILIARIO INTIMO, ACADEMIÆ DIRECTORE
AC PROFESSORE PRIMARIO, AC FACULTATIS JURIDICÆ
PRÆSIDE ORDINARIO.


AD D. XIX. SEPTEMBR. M DCC XVI.


PUBLICE RESPONDENDO DEFENDET

FRIDERICUS SCHRÖTER,
LAUBA-LUSATUS, J. U. C.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
LITERIS SALFELDIANIS, RECUSA 1727.

4)





DISSESSATIO JURIDICA,

DE

REMISSIONE TACITA
PIGNORIS VEL HYPOTHECÆ PER
ACCEPTIONEM CHIROGRAPHI
NOVI, AUT FIDE-
JUSSORIS.

§. I.



um jam ante triennium Occasio Dis-
sertationis.
sub directione Dn. Praesidis de re-
missione tacita pignoris vel hypo-
thecæ per remissionem debiti &
consensum in alienationem rei di-
sputatum fuerit, & ante annum a-
lia species remissionis tacitæ pigno-

ris, quæ scilicet per consensum sive expressum sive ta-
citum creditoris in novam oppignorationem fit, fuerit
publice proposita, atque adeo in hac materia nihil fere
rester, quam ut de remissione pignoris per fidejussorem
agatur secundum fundamenta generalia in dissertatione
prima §. II. posita, placuit mihi, dum specimen profe-
ssuum publice edere intendo, illud quod in themate de
tacita remissione pignoris restat, expedire. Quamvis

Autem

autem de tacita remissione pignoris per acceptiōēm novi chirographi haec tū nullā sit mentio facta, atque de ea etiam, quod sciam, disertis verbis nihil in legibus extet, quoniam tamen ea affinitatem habet cum quæstione de tacita remissione hypothecæ per acceptiōēm fidejūssoris, & prope ab iisdem principiis dependet, ac elegans casus collegio Juridico Academiæ Fridericianæ, ad eam remissionis tacitæ speciem pertinens, ante annum fuit exhibitus; ideoque de ea pauca erunt a nobis præmittenda.

§. II.

De acceptiōē novi Chirographi casu I. si non reddatur chirographus prior in quo hypotheca fuit constituta.

Sit igitur assertio I. Sola acceptio novi chirographi absque redditione chirographi præcedentis, in quo hypotheca fuit constituta, non facit præsumptionem de tacita remissione hypothecæ. Tum enim in dubio præsumitur, quod creditor novum chirographum acceperit majoris securitatis gratia, v. g. si novus ille chirographus contineat literas cambiales, quia tales literæ dant creditori potestatem arctiori processu debitorem ad solutionem debiti adigendi. Eo ipso vero, dum creditor priorem chirographum, in quo ipsa hypotheca fuit constituta, retinet, præsumitur id fecisse eum in finem, ut si forte debitor bonis cedat, aut alio modo concursus creditorum excitetur, ex priore chirographo in sententia, quæ designationis appellari consuevit, collocetur in ordine hypothecariorum.

§. III.

Casus II. si reddatur chirographus prior, in quo *II. Acceptiōē novi chirographi cum redditione chirographi præcedentis, in quo hypotheca fuit constituta censetur tacite hypotheca etiam esse remissa. Nam primo ex ratione naturali, qui chirographum, simili-*

cem etiam, reddit, censerur totum debitum remisisse, nisi hypotheca
aliud actum appareat, & ita Paulus respondit l. 2. §. 1. ff. de fuit consti-
pactis. Si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter tuta.
nos convenisse, ne peterem, profuturamque ei conventionis
exceptionem placuit. Adde l. 18. §. 2. de donat. mort. caus.
Ex eadem ratione igitur secundo, si quis debitori reddide-
re cautionem primam in qua simul hypotheca erat con-
stituta, non accepta nova cautione, etiam hypotheca cen-
sebitur esse remissa. Hanc rationem fecuti Imperatores
Diocletianus & Maximianus responderunt in l. 7. C. de
remiss. pign. Creditricem patrui tui sub obligatione fundi, qui
per chirographum nexus pignori fuerit, (id est ubi in chi-
rographo hypotheca in fundo fuit constituta: nam
pignus & hypothecam s̄æpe in legibus promiscue usur-
pari ex l. 17. §. 2. de pactis & l. 5. §. 4. de pign. & hypotb.
Patet) jubentem eandem cautionem reddi (patruo tuo,) pignoris (id est hypothecæ) etiam jus (una cum toto de-
bito) remisisse videri manifestum (& indubium) est. Nul-
lam tamen est dubium, quin, reddito chirographo, &
sic remisso debito, etiam pignus strictè dictum censeatur
esse extinctum, per ea, qua dicta sunt in *prima disserta-*
tione l. 7. 13. seq. Alia vero ratio est tertio, si reddito
chirographo in quo hypotheca fuit simul constituta,
creditor ratione debiti novum chirographum, sed abs-
que constitutione hypothecæ, accipiat a debitore. Ibi
enim haud dibie debitum quidem ipsum nequam est
remissum propter acceptationem novi chirographi, sed
tamen cum creditor in posteriore chirographo non cu-
raverit mentionem fieri iterum hypothecæ constitutæ,
censem hypothecam remisisse. Et hæc adeo assertio
nullum fere habet dubium.

A 2

§. IV.

*Quid si hic
dolus debito-
ris interve-
nerit?*

Limitatur tamen hæc assertio secunda nisi debitor in datione novi chirographi dolum commiserit, utputa si v. g. creditor, qui jam chirographum cum constitutio-
nem hypothecæ acceperebat, postulasset a debitore no-
vas literas cambiales cum simili constitutione hypothe-
cæ, & debitor dolose in literis cambialibus constitutio-
nem hypothecæ omiserit, ac creditor istam omissionem
non attendet priorem chirographum reddiderit debi-
tori. Quem admodum enim in hoc casu reddendo chi-
rographum priorem, debitum propterea non censetur
remisisse creditor, quia novas literas cambiales acceptit
a debitore, ita etiam redditione constitutionis hypothe-
cæ non censetur hypothecam remisisse idem, quia por-
stulaverit a debitore ut novam hypothecæ constitutionem
adderet literis cambialibus. Nec obstar, quod
creditor novas literas cambiales non inspiciendo com-
mittat culpam & negligentiam satis crassam, videlicet di-
ligentiam omittens quam etiam homines alias negligi-
gentes vix omittere solent. Ut enim taceam, multis
circumstantias hic accedere potuisse, quæ creditorem a
culpa lata excusare queant, (v. g. præsumtio de hone-
state debitoris, negotia illa, nullam dilationem admis-
tentia, adeoque creditorem impeditia, ne cum dilig-
entiam alias solita, istas literas cambiales inspiciat,) por-
fito etiam, negligentiam creditoris esse evidentem &
palpabilem, cuilibet tamen apparebit, debitorem dolum
committentem, frustra creditori opponere exceptio-
nem culpæ admissæ, cum dolus fortius stringat debito-
rem, neque adeo operari possit, ut culpa creditoris in
negotiosis propriis admissa, ipsum ab obligatione, quam
regu-

regulariter dolus producit, liberare queat. Aliud tamen dicendum erit, si creditor literas illas novas cambiales inspexerit, ac cum cura perlegerit, & non obstante omissione constitutionis hypothecæ in literis cambialibus, tamen priorem chirographum debitori redditierit, tum enim censabitur a priori postulatione constitutionis novæ hypothecæ recessisse, & omissionem illam tacite appropasse. Et hoc est, quod communia juris principia inculcant, minimam circumstantiam jus variare.

§. V.

Cum tamen in dubio quilibet præsumatur civiliter bonus, & adeo dolus sit res facti, ab eo, qui alterum doli arguit, probanda, (probationis termino tamen late non præsumi, te accipio, ut etiam delationem juramenti sub se comprehendat,) inde iterum sua sponte fluit quod si creditor novum chirographum accipiens, in quo constitutio hypothecæ, priori chirographo adjecta, fuerit omissa, & ipse creditor non postulaverit antea novam hypothecæ constitutionem, vel etiam debitor antea eam non promisisset, non possit creditor exceptionem debitoris, remissæ tacitæ hypothecæ per redditionem chirographi prioris, elidere, replicatione doli. Nam quemadmodum debitor, conditionem ipsi a creditore, sub qua hic primum chirographum se redditurum esse dixerat, vel expresse vel etiam tacendo approbans, dolose agit, si potesta novam hypothecæ conditionem omittat; ita non tenetur debitor ex regulis iustitiae creditorem, ab eo novas literas cambiales petentem, nec diserte postulantem, ut nova hypothecæ constitutio inseratur his literis, admonere de eo, quod ipsi creditori proficuum sit,

A 3

&

&, si literas cambiales offerat, ac restitutionem prioris chirografi petat, nec tum dolose agit, quia alias ipse debitor periculum subiret, ne creditor eandem sumam ex duplice chirographo bis exigerit, &c.

§. VI.

*Illustratio
dictorum per
sententias
varias super
casu speciali.*

Illustrantur hactenus dicta per casum, cuius jam supra mentionem feci in fine §. I. Lucius Sejo diversis vicibus mutuo pecuniam dederat, adeoque etiam diversos chirographos ab eo acceperat, in quibus Sejus ei simul hypothecam in bonis suis constituerat, & tandem nova insuper mutuo accepta summa literas cambiales dederat Lucio, sine constitutione hypothecæ, receptis prioribus chirographis. Orto paulo post concursu creditorum Seji, Lucius in sententia designationis ponitur in classe chirographariorum, nisi probasset exceptionem doli mali a Sejo commissi, cum videlicet Lucius dixerat, Sejum priores obligationes contra ipsius voluntatem retinuisse, narratis pluribus circumstantiis, quæ in rationibus decidendi statim opponendis, a Jctis Jenensibus fusiis recensentur. Peracta probatione ita pronunciarunt laudati Jcti: *Dass* Lucius dasjenige was ihm im Urtheil von 29. April 1711. sub N. 30. zu erweisen vorbehalten worden, und er sich angemasset, wie recht nicht erwiesen, dannenhero es bey seiner beschenen Location billig verbleibet. Rationis decidendi fueri sequentes: Nachdem in dem Urtheil vom 29. April. Martin Lucio zu erweisen auferleget worden, daß die ad acta gegebene cassirte und zerrissene Obligationis vom 12. Octobr. 1703. und 26. Febr. 1705. annoch ihre Gültigkeit hätten, hat er zwar, des Beweis sich angemasset, und zu solchem Ende erst positiona.

tionalis übergeben, die er per juramentum dandorum mit ja bestärkt, und darüber den Schuldner juramento respondendorum, auch dessen Eheweib, als Zeugin eydlich über gewisse Articul abhören lassen, und sonderlich l. fin. C. de Novat. zu seinen Behuff angezogen: Alldieweil aber 1.) besagter Lucius selbst gestebet, daß er anno 1708, als der Schuldner Sejus ihm vierhundert Thaler gezahlet, einen blossen Wechsel-Brieff, wegen der übrigen vierhundert und achtzig Thaler, ohne Verschreibung einer Hypothec, angenommen, und die vorigen Original-Obligationes in des Schuldners Händen gelassen, und ob er zwar 2.) vorwendet, daß solches wider seinen Willen geschehen, und der Schuldner ihm ermeldete Obligationes nicht wieder ausantworten wollen, dennoch solch Vorgeben mit nichts erwiesen, vielmehr aus allen Umständen soviel erscheinet, daß, da Sejus anno 1706, über die anno 1703, erborgte 300. Thaler und anno 1705, empfangene 400. Thaler annoch 100. Thaler geliehen bekommen, und über solche sämtliche Posten der 800. Thaler eine Obligation sub hypotheca omnium bonorum & constituto possessorio seinem Creditori Lucio ausgestellset, dieser Creditor die particulier - Obligationes de annis 1703. und 1705. so sich bey denen Acten finden, dem Debitor zurück gegeben, indem nicht zu vermuthen, daß der Debitor so unbesonnen gehandelt, und, nachdem er gedachte 3. Posten in eine General - Obligation gebracht und derselben nicht besondere Meldung darinne gethan, die vorher ausgestellte zwey Special Obligationes in des Creditoris Händen gelassen haben würde, in Be tracht der Creditor auf solche Weise die 300. Thaler

so er anno 1703. ausgeliehen, und wiederum die 400.
Thaler die er anno 1705. vorgestreckt, doppelt von
ihm hätte fordern, und dadurch dem Schuldner die
gröste Ungelegenheit zu ziehen mögen, mithin daraus
abzunehmen, daß die Zurückgebung und Cassation de-
rer in anno 1703. und 1705. ausgestellten Specialen Obli-
gationen, bereits anno 1706. geschehen, hernach, als
der Debitor anno 1708. dem Creditori wissen lassen,
wie er ihn bezahlen wolle, dieser sich die Hoffnung ge-
macht, er würde die völliche Post der 800. Thaler samt
80. Thaler Zinsen, bezahlt bekommen, und zwar un-
lustig worden, daß er nur 400. Thaler erhalten, mit
nichtsen aber der Schuldner seinem Creditori die anno
1703. 1705. und 1706. ausgestellte Obligationes mit Liss
aus denen Händen gespieler, oder wider Willen des
Creditoris bey sich behalten, angesehen, der Schuld-
ner, dem jeso gleich viel gilt, welcher von denen Cre-
ditoribus denen andern vorgehe, sub Num. 14. ad ar-
ticulum positionalem 36. vermittelst Eydes geantwor-
tet: Daz er ja mit Gewalt dem Ponenten nichts vor-
enthalten, wobei er eine wichtige und erhebliche Ur-
sach angeführt, daß, woferne Ponat dem Ponenten
wider Willen seine Oligationes vorenthalten, er
ihn bey der Obrigkeit verklagen können, da er aber
solches nicht gethan, sondern einen Wechsel-Brieff von
dem Debitore auf die rückständige 480. Thaler ange-
nommen, in Hoffnung, er würde diese Post, wegen
des Debitores gebrauchten Contestationen richtig bezahlt
erhalten, daraus kräftig zu schliessen, welcher gestalt,
er wohl zu frieden gewesen, das der Schuldner die Ge-
neral-Obligation de anno 1706. zu sich genommen, bey
weicher

vel hypotheca per acceptationem chirographi novi, aut fidei usoris.

welcher Bewandtniß 3.) die Rechte mit sich bringen,
dass, gleichwie bey Zurückgebung einer Obligation präsumiret wird, der Creditor habe dem Debitori, dem er seine Handschrift blosserdings, und ohne Vorbehalt wieder ausgeantwortet, die Schuld gar erlassen,
l. 2. §. l. de Pact. also, wenn der Gläubiger die Pfand-Verschreibung seinem Schuldner zurück giebet, und eine andere Obligation, in welcher keine Constitutio Pignoris oder hypothecæ enthalten, von ihm annimmt, gleichfalls die rechtliche Vermuthung entsteht, er habe seinen Schuldner das Pfand-Recht erlassen, l. 7. C. de remiss. pign. Vinnius in pecul. tra. de pact. cap. 12. n. 12. Costal. ad l. 2. & 3. de pact. n. 15. Lauterb. in disput. de tacito pacto remissorio ex redditione chirographi præsumto, th. 18. cum redditum prioris obligationis instrumentum inducat novationem, ubi in secundo ejus tenor non interatus vel comprobatus est, Mey. Part. 5. Decis. 405. welches in gegenwärtigen Fall Lucas wohl gemerkt, und deshalb eifrig bemühet gewesen, zu erweisen, dass Sejus die vorige Obligation wider seinen Willen bey sich behalten, so aber ohgedachter massen sich ganz anders verhält, indem er zwar anno 1708. ganz unwillig worden, dass ihm Sejus die völlige Post der 880. Thaler, wie er sich wohl die Hoffnung gemacht, nicht gezahlet, im geringsten aber, und mit nichts dargethan, dass ihm Sejus mit Gewalt, oder wider Willen, die alten Obligationes weggenommen, und bey sich behalten, auch 4.) dem Gläubiger l. fin. C. de Novat. nicht zu statten kommt, sinkemahl die Rechte in dem Fall ausdrücklich eine Ausnahme machen, wenn ein Gläubiger die Obligation,

B

worin-

worinne ein Pfand verschrieben, seinem Schuldner zurück giebt, und eine schlechte, ohne Pfand-Verschreibung annimmt, daß sodann das jus pignoris vor erlassen und aufgehoben zu achten; Als ist man, beschehener massen zu erkennen, bewogen worden. Postquam ab hac sententia Lucius appellasset ad judicium superius illius loci, correcta fuit prior sententia, (sed non additis rationibus,) sequentem in modum: Würde Appellante Lucius den End in supplementum dahin abstatte; Als ihm Anno 1708. auf die General-Obligation de 26. Febr. 1706. von achthundert Thaler, von dem Debitor Sejo, vierhundert Thaler bezahlt, und von selbigem, die ihm auf Begehrung vorgezeigte Obligation, zurück genommen worden, daß er dieselbe mit freyen und guten Willen, ihm nicht in Händen gelassen, sondern sie sofort mit Ernst von ihm zurück gehet, aber nicht erhalten können, seine Intention auch niemahlen gewesen, des darinnen constituirten Juris Hypothecar & constituti Possessorii sich zu begeben; Vielweniger den nachhero an Platz gemeldter Obligation, von dem Debitor Sejo, ihm gegebenen Wechsel-Brief, animo novandi, und in der Meynung von der vorigen Obligation abzugehen, angenommen habe; Worzu Terminus auf den 13ten Martii nechstfünftig angesetzt wird. So wäre Appellante wegen der ihm annoch rückständigen 400. Thal. Capital, und 80. Thaler Zins, nach dem dato der General-Obligation inter hypothecarios Creditores zu collociren. Gestalten wir also erkennen, und die Sententiam a qua reformiren, mit Vergleichung der Unfosten. Sed leuteratione a Sejo interposita & actis ad collegium Facultatis

tatis Juridicæ Hallensis transmissis, confirmata fuit prior
Dan. Jenensum sententia ex rationibus sequentibus:
Obwohl Appellant und jetziger Leuterat Martin Lucius
anführt, daß er die Obligation, darinnen ihm eine
Hypothec constituiret gewesen, dem Debitori Sejo mit
Willen nicht wieder zurück gegeben, sondern Sejus sel-
bige eigenmächtig zurück genommen, und ihm dage-
gen einen Wechsel-Brieff aufgedrungen habe, dahero
nicht gesaget werden könne, daß er per modum nova-
tionis von der ersten Verschreibung abgegangen, weil
die novatio expressis verbis geschehen müsse, dergleichen
aber allhier nicht anzutreffen, überdem er, Leuterate,
die von ihm übergebene positiones bereits vorhin me-
diantre juramento dandorum bestärket, und da die Obli-
gation bey dem Debitor und zwar im Haupt-Buche
mit Nadeln angeheftet gefunden worden, er sein Vor-
geben semiplene erwiesen habe, und folglich zum jura-
mento supplerio gelassen werden müsse. Dennoch
aber und dieweil in facto richtig, daß der Debitor Se-
jus die Obligation, darinnen Appellant eine Hypo-
thec verschrieben gewesen, wiederum zurück bekom-
men, und Appellant sein Vorgeben, daß Sejus ihm be-
regte Obligation wider seinen Willen weggenommen,
und dagegen einen Wechsel-Brieff aufgedrungen, ge-
hörig nicht erwiesen, auch so wenig das von ihm præ-
stirte juramentum dandorum, als der Umstand daß die
Obligation bey dem Schuldner im Haupt-Buch mit
einer Nadel angeheftet gefunden worden, semiplen-
nam probationem machen kan, dahero es bey denen
befandten Rechten verblebet, quod pignus solvatur,
si creditor instrumentum reddat, in quo pignoris con-
stitu-

stitutio haberur, l. 7 C. de remiss. pignor. auch zugleich die novatio daraus am Tage lieget, zumahlen Appellant darüber, daß Sejus ihm die Obligation wider seinen Willen weggenommen, sich niemahln Gerichtlich beschweret, welches er doch thun, und dadurch alles be- sorgende præjudicium abwenden sollen, in übrigen alles dasjenige so von Appellant en bissher wiederum ange führet worden, in denen rationibus decidendi des in prima instantia eingehohnten Urtheils bereits umständlich beantwortet zu finden, womit wir uns confirmirn; So ist der gestalt zu erkennen gewesen.

S. VII.

*Casus III. si
reddatur
chirogra-
phus prior in
quo pignoris
datio simul
fuit promis-
sa, retento
tamen pi-
gnore.*

Porro ex dictis sequitur III. nihil prodeße debito- ri restitutionem prioris chirographi, accepto novo & simplici, eti in priore chirographo debitor promiserit creditori, se ei certum pignus daturum esse, & postea etiam id creditori dederit, creditor vero id, restitu- priore chirographo, retinuerit. Quemadmodum enim creditor accipiendo novum chirographum non cense- tur debitum remisisse, etiamsi chirographum priorem reddiderit; ita etiam restituendo promissionem dandi pignoris, non censerur renuntiassse tacite juri pignoris, si postea dato & accepto & non redditio pignore debi- tori restituat promissionem pignoris dandi. Præter- quam enim, quod ad constituendum jus pignoris regu- lariter non requiratur promissio præcedens in scriptis, sed potius id statim dando pignus produci soleat, faci- le etiam constat, si creditori antea in scriptis datio certi pignoris fuerit promissa, promissionem, datione subse- cura, fuisse adimpleram, adeoque ipsum chirographum intuitu hujus promissionis creditori amplius nullius usus esse,

esse, & consequenter ejus redditionem non inferre posse conjecturam, quod hoc ipso pignori postea accepto & retento renunciare voluerit.

§. VIII.

Pergo jam ad alteram caput hujus dissertationis, *Applicatio an videlicet creditor post constitutionem hypothecæ ac- cipiendo fidejussorem in dubio censeatur renuntiassæ hypothecæ?* Et paucis respondeo, si non reddiderit chirographum, in quo hypotheca fuerat constituta, non renuntiassæ, si reddiderit, censeri renuntiassæ, nisi dolor debitoris intervenerit. Quodsi pignus possideat, multo minus est dubium, quod sola acceptio fideiussoris, si nihil aliud actum fuerit, non censeatur renuntiassæ juri pignoris. Rationis in his tribus casibus prope sunt eadem cum iis, quas attuli in decisione trium casuum de acceptione novi chirographi §. 2. 3. 4. 7. unde dixi §. 1. in fine quod ista quæstio sit valde affinis cum quæstione præsenti. Generalis ratio decisionis nostræ in quæstionis præsentis casu 1. & 2. repetenda est ex disput. 1. §. 3. & 11. quod renuntiatio juris in dubio non præsumatur, & quod in dubio potius fidejussor censeatur in majorem securitatem assumptus, quam pignoris vel hypothecæ dimittendæ gratia. Quodsi autem acceptio fidejussore insuper chirographum, in quo hypotheca antea erat constituta, debitori reddiderit creditor, tum remissio hypothecæ non tam præsumitur ex acceptione fidejussoris, quam ex restitutione chirographi.

§. IX.

Interim non nego, rationem a nobis, de fine creditoris fidejussorem post hypothecam constitutam vel pignus applicationem.

B 3

gnus traditum de novo accipientis, datam, declaratio-
ne aliqua indigere. Facile enim prævideo, quod quis
adversus decisionem præcedentem casus primi forte
hunc in modum opponere possit. Omnes actiones
humanas fieri proper finem aliquem. In dubio finem
præsumendum esse si non exæcta convenientem cum
recta ratione, saltem eidem non repugnantem. Ex
hac ratione *in disput.* 1. §. 6. positum esse, quod tacita
remissio juris cujuscunque præsumatur ex facto tali,
quo quilibet homo sanæ mentis remissionem ejusmo-
di declarare solet. His vero principiis præsuppositis
nullam apparere rationem aliam cur a creditore jus
hypothecæ vel pignoris jam in bonis creditoris haben-
te de novo fidejussor accipiat, quam quod id fiat cum
intentione remittendæ hypothecæ: Illam enim ratio-
nem *in §. preced.* a nobis allatam, quod in dubio potius
fidejussor censeatur in majorem securitatem assuntus,
quam animo remittendi hypothecam vel pignus, repu-
gnare rectæ rationi, quia in pignore & hypotheca sit
major securitas, quam in fidejussione. *Plus est cautio-*
nis in pignore, quam in fidejussore, inquit Dion. Gothofr.
in notis ad l. 6. §. 2. quib. mod. pign. solv. Nam quod
hypothecam attinet, utilius est, actionem realem habe-
re, quam personalem, pignus vero insuper præstat hanc
utilitatem, quod possessio ejus creditorem liberet a tæ-
dio processus, & quod sic non opus habeat, debitorem
conveniendi, sed potius, quod debitor, si pignus suum
recipere velit, sine jussu & sententia judicis a creditore
magnō tædio procuranda, sua sponde adeat creditorem
& debitum solvat, vel alio modo ei satisfaciat. *Has ve-*
ro securitates haud dubie maiores esse, quam, si credi-
tor

tur remittendo hypothecam vel pignus fidejussores accipiat, et si hi omnibus exceptionibus renunciaverint, & postea hos actione personali saltem conveniat. Adeoque fidejussore accepto nullam aliam rationem remanere, quam quod in dubio creditor ex Christiana charitate censeatur in favorem debitoris jus suum pinguius sed debitori onerosius remilisse, & loco pignoris vel hypothecæ fidejussores acceperit.

S. X.

Jam quid nos ad illa? Initio talia objicienti respon-
derem, me duas rationes dedisse, cur creditor fidejus-
forem accipiendo, sed non restituendo chirographum concedendo,
hypothecarium, vel pignus, non censeatur renuntiassè fidejussoris
juri suo reali: 1.) quod renuntiatio non præsuma-
tur sed ab allegante sit probanda. 2.) Quod acceptio fi-
dejussoris potius censeatur in creditoris majorem secu-
ritatem facta. Posito jam, quod ad objectionem para-
graphi præcedentis nihil aliud respondere possem, re-
maneret tamen illud effugium, rejectam quidam esse
per illam objectionem rationem meam secundam, sed
hanc rationem a me ex abundanti & ex liberalitate quasi
fuisse adjectam, qua adeo destructa non destruatur sta-
tim decisio, quia sufficiat prima ratio: renuntiationem
non præsumi nisi probetur ab allegante. Tantum ve-
ro abest, ut ea quæ pro dissentientibus adducta sunt, pro-
bent animum renuntiandi, ut prius nobis suppedident
novum argumentum probationem dissentientium de-
struendi. Demus, fidejussoris acceptance non reddi
meliorem conditionem creditoris, sed deteriorem, (uti
etiam intuitu rationum modo allatarum hactenus ve-
rum esse fatemur,) vel ex hoc ipso inferimus, non præ-
sumi

sumi debere, quod creditor fide jussorem accipiens renuntiaverit hypothecæ, quia videlicet nemo præsumitur in dubio causam suam velle reddere deteriorem. Quod vero pro dissentientibus in fine fuit allatum, præsumi, creditorem accipiendo fide jussorem, quia per eum causam suam non meliorem faciat, ex christiana charitate jus suum pinguius in favorem debitoris remittere voluisse, id assertum & sensui communis, id est experientiæ quotidianæ & principiis moralibus repugnat. Evidem quilibet præsumitur bonus, sed civiliter, id est a crimine vacuus, sed nemo præsumittur bonus moraliter, id est virtuosus & a vitiis liber, tantum abest, ut præsumatur vere Christianus, id est virtuosissimus, proximum videlicet ut seipsum amans, & inimicis etiam benefaciens. Christiani non nascuntur, sed sunt, facta vero non præsumuntur.

§. XI.

Alia respon- Sed non opus est, ut in hac responce sola qua-
sio, declaran- ramus effugium, salva res est, diverso respectu fide jus-
do, quo re- do, quo re- foris acceptio melior redditur conditio creditoris, di-
spectu acce- spectu acce- verso respectu deterior. Nihil est in hoc mundo, quod
ptione fide- tantum profit, aut tantum obstat, aut quod non diver-
jussoris me- so respectu, & melius & deterius sit. Verum est re-
lior redda- gulariter non meliorem facit conditionem suam credi-
tur conditio- tor, si accipiat fidejussorem, & remittat hypothecam
creditoris. vel pignus, sed meliorem tamen facit, si retento pi-
 gnore vel hypotheca insuper accipiat fidejussorem, quia
 melius est plures habere actiones, & plures debito-
 ratione unius debiti, quam unam vel unum. Imo
 quemadmodum minima circumstantia variat jus, ita
 etiam commodum & utilitatem. Est quidem pinguior
 actio

actio realis personali, & jus hypothecæ in bona debitoris fortius est simplice obligatione fidejussoris, si debitor principalis sit solvendo. Sed si metuantur concursus creditorum, poterit hypotheca creditoris v. g. novior & non privilegiata parum ei prodesse, sed tum justam timendi rationem habere poterit, quod creditores magis privilegiati omnia bona debitoris sint ablaturi. Hoc ergo casu haud dubie melior erit actio adversus fidejussorem locupletem; adhuc melius erit hoc intuitu antequam concursus moveatur & hypothecam retinere & fidejussorem insuper accipere.

§. XII.

Interim quia jam saepius fuit monitum, minimam *Exceptio*, si circumstantiam jus variare, contingere etiam quan- *circumstan-*
doque potest, ut tales interveniant circumstantiæ, quæ *tie alia or-*
suadeant, fidejussorem cum ea intentione a creditore flendant, de-
esse acceptum, ut renuntiet hypothecæ aut remittat Remissione
pignus, et si verbis, id se facturum esse, non promise-
rit. Sed cum id rarius fieri soleat, ejusmodi casus ad tacite actum
exceptionem pertinebunt salva veritate regulæ. Fin-
gamus, Cajus esse debitorem Sempronii & Sempronium
curasse ob debitum v. g. cambiale arrestari bona ejus
in loco tertio sita. Hic debitor Cajus, ut remissionem
& cassationem arresti a Sempronio impetrare, Mevium
ad Sempronium mittit, qui Mevius huic offert, se pro
Cajo esse fidejussorum, nullam tamen expressam men-
tionem facit, quod facta fidejussione arrestum debeat
cessari, quia res ipsa loquitur & debitorem & fidejus-
sorem ob nullum alium finem hanc fidejussionem Sem-
pronio offerre, quam ut arrestum remittat. Sempro-
nus Mevium dimittit, & fidejussionem ejus acceptare

C

non

non vult, causam prætendens, arrestum esse pinguius remedium obtinendi creditum, quam fidejussionem. Post biduum tamen Cajo dici curat, se jam paratum esse, ut fidejussionem Mevii accipiat. Chirographo fidejussorio a Mevio creditori tradito, queritur an Sempronius non sit obligatus arrestum cassare? Nullus dubito quæstionem affirmare, quia, et si Sempronius nihil etiam de pinguiore remedio arresti antea dixisset, sed de ea re plane tacuisse, tamen omnes circumstantie ostendunt, nullum alium finem suisse inter contrahentes, quam ut obtenta fidejussione cesseret jus reale arresti: Sed, ut dixi, etiam in isto casu, si vel minima circumstantia variet, aliud dicendum erit. Ponamus, Sempronium non tantum in bona, sed & in personam Caji arrestum impetrasse, & dato a Cajo fidejussore, nihil de remittendo arresto dictum esse, aut non determinatum esse, utrum fidejussor detur ad impetrandam relaxationem utriusque arresti, sed saltu mentionem de relaxando arresto in genere esse factam. Hic sane in dubio non putarem; Sempronium esse obligatum ad remissionem arresti in bona, sed contentum esse debere debitorem, si ipsius persona ex arresto dimittatur. Quodsi vero Sempronius ipsis circumstantiis suppositis velit cassare arrestum in bona, retento ipso debitore, putarem quidern, æquum judicem hanc electionem ei non esse permisurum, cum tamen & hic non pauca dubia sint removendi, & vero quæstio hæc ad nostrum scopum non pertineat, transeo ad alia.

§. XIII.

*Doctrina
jCeterum*

Jam videamus quid de quæstione an etiam reten-
to chirographo hypothecario nuda acceptione fidejus-
soris

soris censeatur pignus tacite remisisse creditor? Equi- Romanorum
dem si verba legum captare velimus, & non inspecta de questione
ratione legis, aut aliis justæ interpretationis remedii an accepto
adhibitis, vim & potestatem earum intelligere, facile fidejussore
quis sequenti modo affirmativam JCtis Romanis affin- tacite remis-
sere possit. Ait Ulpianus l. 6. pr. quib. modis pignus sum censa-
solv. Liberatur pignus sive solutum est debitum, sive eo no- tur pignus.
mine satisfactum est. Idem alibi, nempe l. 52. de solut. dubitandi
istam ponit vel regulam vel observationem: Satisfactio pro affirma-
pro solutione est. Denique idem in l. 9. §. 3. de pignor. ita.
at. Satisfactum autem, inquit, accipimus, quemadmodum
voluit creditor, licet non sit solutum; sive alias pignoribus
sibi caveri voluit, ut ab hoc recedat; sive fidejussoribus, sive
reco dato, sive pretio aliquo vel nuda conventione &c. Imo
& Labeo eo inclinare videtur, dum l. penult. quib. mod.
pign. solv. ita docet. Cum colono tibi conveniat, ut inve-
cta, importata pignori essent, donec merces tibi soluta aut
satisfactum esset. Deinde mercedis nomine fidejussorem a
colono accepisti; satisfactum tibi esse existimo, & ideo illata
pignori esse desuisse.

§. XIV.

Quodsi vero accurius mentem JCtorum consi- Rationes do-
deres, nequaquam in allegatis locis de remissione taci- cidendi pro
ta pignoris agant, sed potius explicant sensum formu- negativa.
la hypothecariae, quæ apud Romanos tum erat usitata,
& forte in Edicto Prætoris extabat. Nam quemadmo-
dui Ulpiani leges adductæ ex ejus commentario ad
edictum sunt desumptæ, ita fuisse certam ejusmodi for-
mulam hypothecariam, vel ex rubrica l. 13. de pignor. &
l.s. quib. mod. pign. solv. pater, eas leges desumptas esse ex
Marciani libro singulari ad formulam hypothecariam. Ig-
tur

tur paucis tenendum est 1.) in illa formula exposita
quod hypotheca vel etiam pignus tamdui constitutum
esse vel durare debeat, donec vel debitum solutum vel eo
nomine satisfactum sit. 2.) Circa ejus explicationem in
eo consentiunt JCri, quorum fragmenta in pandectis
extant, quod ea, quæ de satisfactione in formula mem-
orantur, ita sint intelligenda, si videlicet creditor hanc
satisfactionem loco solutionis accipere velit. 3.) Reli-
quæ vero leges exponunt, quid sub satisfactionis nomi-
ne intelligatur, & quomodo ea a solutione differat.
His præsuppositis jam perspicuus erit sensus legum huc
pertinentium. Ulpianus 1.3. de pign. aet. Omnis pecunia
(ex ista formula) exoluta esse debet, aut eo nomine sati-
factum esse, ut nascatur pignoratitia actio. (Unde appar-
ret, etiam formulam illam datis pignoribus tuisse ad-
hibitam.) Satisfactum autem accipinus &c. (uti jam de-
scripti §. preced. Tum pergit JCrus.) Et generaliter di-
cendum erit, quoties recedere voluit creditor a pignore,
(consensu suo desuper satis declarato) videri ei satisfac-
tum, si ut ipse voluit, sibi (loco pignoris alio modo) ca-
vit, licet in hoc deceptus sit (culpa scilicet propria, non
dolo malo debitoris.) Porro in 1.6. quib. mod. pign. solvu-
Item liberatur pignus (ex formula illa hypothecaria) sive
solutum est debitum, sive eo nomine satisfactum est. Sed
est tempore finitum pignus est (v. g. si pignus saltem ad
tres menses concessum sit, et si de hoc casu nihil extet
in formula, tamen ex voluntate creditoris, pignus ad
certum tempus saltem accipientis) idem dicere debemus,
(quod liberetur pignus & detur actio pignoratitia,) yet
si qua (alia) ratione obligatio ejus (pignoris) finita est.
Qui paratus est solvere (debitum creditori) merito pignus
vide-

videtur liberasse, (si creditor sine justa causa solutionem debiti accipere nolit.) Qui vero non solvere, sed satisfacere (creditori) paratus est, in diversa causa est, (quia si satisfactionem hanc citra solutionem accipere creditor noluerit, invito eo non liberat pignus.) Ergo (debitori quidem,) satisfecisse (sine solutione) prodest (si creditor in satisfactionem hanc consenserit) quia (tunc) sibi imputare debet creditor, qui (non ursit solutionem sed) satisfactionem admisit vice solutionis: (interim tamen) & (ille creditor) qui non admittit satisfactionem sed solutionem desiderat culpandus non est. In satisfactione autem (seu cautione per fidejussores) non urimur Attiliani sententia, qui putabat, si satisfactetur alicui certa pecunia, (i. e. si fidejussores creditori pro pecunia debita offerantur,) recedere (tunc) eum (creditorum, etiam invitum) a pignoribus (eaque restituere debitori) debere. Convenit cum hac doctrina Ulpiani Gajus l. 10. de pign. act. Quod si non solvere (debitum) sed alia ratione (quacunque) satisfacere paratus est, forte si expromissorem dare vult (invito creditori,) nihil ei prodest. Consentit etiam Marcianus l. 13. §. 4. de pign. Etiam si creditor judicatum debitorem fecerit, (sive sententiam solvendi, quæ transit in rem judicatam contra eum obtainuerit, nihilominus tamdiu, donec solutum fuerit) hypothecaria manet obligatus, (adeoque hypotheca non extinguitur,) quia suas conditiones habet hypothecaria actio (id est terminos, quamdiu durare debeat hypotheca, in formula hypothecaria) id est si soluta est pecunia, aut (volente credito, re alio modo ei) satisfactum est, quibus (conditionibus) effantibus tenet (& adhuc durat hypotheca.) Idem Marcianus l. 5. §. 2. quib. mod. pign. solv. Si convenerit

(expressè inter creditorem & debitorem) ut pro hypotheca fidejussor daretur, satisfactum videbitur, (eaque satisfactione tunc efficiet,) ut hypotheca liberetur. (Aliud ergo dicendum erit, si vel creditori invito fidejussore obtrudat debitor, aut citra conventionem expressam, quod fidejussor debeat loco hypothecā dari, eum creditor acceptaverit.)

§. XV.

*Responsio ad
rationes du-
bitandi.*

Ex dictis jam facile responderi potest ad textus pro affirmativa sententia adductos. Quemadmodum enim contextus & leges parallelæ docent quod Ulpianus in l. 6. pr. quib. mod. pign. solv. non hoc velit, quod debitor pro lubitu, invito creditora, fidejussore dato pignus liberare possit, sed si id fiat consentiente creditore; ita eodem modo intelligenda erit l. 52. de solut. quod nimurum satisfactione pro solutione sit, nimurum volente creditore, ut jam notavit Dionys. Gothofredus ad d. l. 52. Et eundem omnino sensum esse Ulpiani dum l. 9. de pign. act. varios modos satisfactionis recenter, & inter eos etiam fidejussorum dationem refert, non dubitare sinunt verba, quemadmodum voluit creditor. Restat igitur, ut ad doctrinam Labeonis in l. penult. quib. mod. pign. solv. respondeamus, cuius ratio non in eo querenda est, quod accepto a debitore fidejussore creditor qui antea pignus sibi dari curaverat, etiamsi non expressè convenierit, quod fidejussor pignus liberare debeat, pignus debeat ex tacito consensu dimittere, sed quod potius conventione perspicua de dimittenda pignore statim ipsi constitutioni pignoris fuerit adjecta. Cum colono, inquit, tibi convenit, ut inventa & importata pignori effent (TAMDIU) donec merces tibi soluta aut (te consentiente alio mo-

modo) satis factum esset. Deinde mercedis nomine fidejus-
sorem a colono accepisti; satis factum tibi esse existimo; (cum
fatisfactio etiam sub se comprehendat fidejussorum da-
tionem,) & ideo illata pignori esse desisse, (quia alterum
membrum conditionis, formulæ hypothecariæ a te ipso
insertæ, adimpletum est

§. XVI.

Consentit nobiscum Franciscus Balduinus de pign. Consentit no-
& hypoth. cap. 20. p. 134. Sed si ita acceptus esset fidejussor bis Fr. Bal-
duinus, ut non appareret, acceptum esse animo relinquendi pigno-
duinus, potius existimaremus, utramque cautionem conjungî, ut
sepe olim prediis & prædibus cavebatur, quemadmodum an-
tea dixi. Ubi simul ad textum Labeonis respondet:
Tum enim, inquit, satis apparebat, satis datum esse & satis
acceptum ut a pignore recederetur. Idem eod. tract. cap. 2.
p. 13. Dixi solere nam hypothecariam, quam fidejussoriā
cautionem accedere & adjungi principi alteri obligationis
&c. Solet, inquam, utraque esse accessio aliarum obligatio-
num. Fit tamen interdum ut fidejussor accedit pignori, vel
pignus fidejussori. Nam & accessio accessionis in obligationi-
bus esse potest. Interdum fidejussor accipiat in id solum
quod ex pignore servari non poterit. l. amissi de fidejuss. l.
omissis E. de fidej. Atque id etiam aliquando actum in-
telligitur, ubi tamen alioqui non est expressum. l. 64. de
fidejuss.

§. XVII.

Atque sic etiam respondit Facultas Juridica Hal. Recensio ca-
lensis anno 1712. mense Februario. Obligatus erat sus specialis
Sempronius judex judicio civitatis suæ ratione 200. tha. & sententia
lerorum, quos tempore administrationis suæ, ut judex hac perti-
acceperat. Cum igitur officium judicis deponeret &
istam

istam summam restituere non posset, dedit collegio fiducijs Sejum. Hic autem summam illam solvendo a creditoribus cessionem jurium suorum simul impetraverat, & cum concursus creditorum Sempronii oriretur, petebat, ut inter hypohecarios locaretur, intuitu tacitae hypothecæ, quam propter administracionem civitas in bonis administratorum habet. Contra Mevius & Titius etiam hypothecis gaudentes, se opponebant, potentes, ne Sejus ipsis præferretur ob eam vi delicit rationem, quod collegium judicum tempore cessionis non amplius habuerit ius tacitæ hypothecæ atque sic Sejo illud cedere non potuerit. Qued vero non habuerit, exinde probare volebant, quod, dum Sejus ut fidejussorem pro debito Sempronii acceperit, eo ipso tacite hypothecam suam tacitam remiserit. Allegabant pro se Mevius & Titius l. 5. & l. penult. quibus mod. pign. solv. & Brunnem. ad illas leges, item Richterum de privil. credit. cap. 4. seqq. l. n. 136. Quid ad ista advocatus Seji? Non docebat, ut ejus officium postulabat, leges illas nequaquam loqui de remissione tacita, sed pro more exscribendo autores, qui casum, ut dici solet: habeant in terminis terminantibus, excipiebat, l. 5. §. 2. loqui de hypotheca conventionali non legali, eumque in finem provocabat ad autoritatem Barbosæ, Axiom. l. 1. c. 52. ax. 13. Mevius & Titius, quibus ultima positio in illo termino competebat, regerebant, l. 5. §. 2. generaliter esse intelligendum tam de hypotheca tacita, quam expressa, argum. rubr. tit. i. 2. 6. l. 20. ff. Barbosæ autoritatem non esse attendendam, neque in capite allegato 52. quod ne quidem 13. axiomata contineat, quicquam ea de re doceri. Etsi autem verum esset,

eslet, Barbosæ locum non recte esse allegatum (ac præterea, cum Barbosæ sint variae editiones augmentatae, ego magna diligentia adhibita in locis ad quos alias illa observatio pertinebat, nihil de ea inveniri potuerim,) adeoque advocatus Seji causam clientis sui non adeo laudabiliter egisset, eo tamen non obstante pronuntiavit facultas Juridica Hallensis pro Sejo & in debito hypothecæ tacitæ ordine collocavit sequenti modo: 200. Thaler Sejo, vermöge der (des Mevischen und Titischen Mandatarii Einwendes unerachtet,) von denen Gl. Gerichten Vol. 9. fol. 22. seq. erhaltenen Cession, jedoch wenn zu fordernst von Sejo oder denen Gl. Gerichten diese Post inter legalem terminum erwiesen worden, daß der Debitor denen Gl. Gerichten dieselbe als ein ex administratione publica herrührendes debitum schuldig gewesen, auch Sejus dieselbe denen Cedenten würcklich bezahlet.

§. XLIX.

Quamvis autem rum temporis rationes deciden- *Responso ad*
di non fuerint petite, facile tamen ex dictis patet quod *autoritatem*
facultas Juridica non potuerit attendere 1. 5. & 1. penult. Brunneman-
quib. mod. pign. solv. quia scilicet ut §. 14. & 15. ostensi- ni & Man-
sum, istæ leges plane non agunt de remissione tacita *tice.*
hypothecæ & pignoris sive expressi, sive taciti. Er-
go nihil amplius restat, quam ut videamus, annon au-
tores, ad quos provocarunt Mevius & Titius adhuc ali-
quid suppeditent, quod dubium movere possit, & pe-
culiari responsione indigeat. Et quidem Brunneman-
num quod attinet, is ad 1. penult. d. tit. plane nihil com-
mentatus est; ad 1. 5. vero nihil aliud habet, quam ista
verba. *Pignus solvitur si alio modo creditori volenti sa-*

D

— tis.

tisfactum; v. g. si dat sint fidejussores. Mantic. d. tit. 31^a n. 7. Sed hæc verba uti a nostra sententia §. 14. declarata non recedunt, ita clarus patebit, Brunnenmannum pro Mevio & Titio non potuisse allegari, si Manticam ad quem provocat, cum eo jungas. Agit enim Mantic. tit. 31. lib. II. ex professo de materia, quibus modis pignus vel hypotheca solvantur. Summa dictorum ab illo eoredit. Pignus imprimis solvitur, si debitum solvatur, vel eo nomine creditori sit factum. n. 1. etiam si solutio sit facta ab extero. n. 3. Imo si debitor sit paratus solvere debitum & creditor nolit accipere, tum obsignato & deposito debito de reddendo pignore conveniri potest. n. 4. Sed etiamsi paratus sit satisfacere, invitus creditor cogi non potest, quia diversa est causa solutionis nec culpandus est creditor, si loco satisfactio- nis solutionem voluerit, nam aliud pro alio invito creditori solvi non potest, n. 5. & 6. Sed si convenerit, ut pro hypotheca fidejussor detur, & datus sit, satisfactum intelligitur creditori, cui consequens est, ut pignus etiam solutum intelligatur l. solvitur. §. si convenerit quib. mod. pign. solv. (quæ est ipsa l. s. §. 2. ad quam provo- caverat Mevius & Titius & in eum finem Brunnenman- num citaverat.) n. 7. Hic iterum apertum est, si quis hunc locum Manticæ cum supra dictis §. 14. conferat, Manticam nihil minus intendere, quam ut statueret, creditorem assumendo fidejussorem tacite censisse remi- fuisse pignus.

§. XIX.

Locus Rich- teri a nobis iam provocabant Mevius & Titius, de eo res sic expe- discentis. Quod autem Richteri locum attinet, ad quem et- dita non est. Ita enim Richterus citato loco. *Jus ca- cite*

titæ hypotheca expirat, & locator ab eo recessisse censetur,
si fidejussorem reperit. I. solvit 5 §. si convenerit 2. &
l. pen. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Secus ve-
ro est, si locator sibi de certa hypotheca ſpecialiter proſpexe-
rit, arg. l. fundus 9. ff. de annuis legat. &c. Jus enim
tacita hypotheca non tollitur per ſubſequentem expreſſa by-
potheca conſtitutionem, ſed illud per hanc ſit efficacius. Ne-
gugant, d. tr. n. 86. Et ita in collegio noſtro mens. Novembr.
Anno 1638. respondimus: Das gemeldter Witben unbe-
nommen über die zwar ohne das cum jure prælatio-
nis in allen und jeden ihres Mannes Gütern, ihres
eingebrachten Guts wegen zu recht habende ſtillſchwei-
gende Verpfändung Ihr auch zum Überfluß den ange-
deuteten Gaſthof zum ausdrücklichen Unterpfand Ge-
richtlichen verschreiben zu lassen &c. und iſt hierüber
die Obrigkeit auf gebührliches Anſuchen Ihr ſolche Ge-
richtliche Verpfändung zu verweigern nicht befugt:
Nec obstat vulgata illa regula, quod proviſio hominis tollat
proviſionem legis per l. fin. C. de paſt. convent. Ad il-
lam enim respondent Dd. citati a Negufantio &c. quod pro-
cedat, quando proviſio legis facta eſt in defectum proviſio-
nis hominis, ſecus autem quando ex alia ratione proviſio le-
gis facta eſt. &c.

§. XX.

Etsi enim circa negotium principale, quod traſta- Varie ad il-
mus, nullum ſit dubium, leges a Richtero allegatas per lum locum
toties demonſtrata nihil minus probare, quam quod in obſervatio-
dubio creditor ſola acceptione fidejussoris ceneatur re- nes.
nunciaſſe hypothecæ, ſunt tamen adhuc non pauca alia,
quæ cenzuram merentur. 1.) Cur Richterus illas leges in
ſpecie ad probandam renuntiationem hypothecæ tacitæ
loca-

locatori competentis allegaverit, cum tamen textus si modo quid probarent, probarent de omni hypotheca sive expressa sive tacita. Scio quidem, quod quæ de genere affirmantur etiam in singulis speciebus ad probationem allegari possint, sed tamen videtur plane singularis causa movisse Richterum, ut textus illos non ad probandam renuntiationem hypothecæ in genere adhiberet, sed ad hunc casum specialem vel certe ad hypothecas tacitas restringeret. Igitur videtur 2.) ad id esse communis quod non recte intellexis illis textibus & erronee explicatis, quæsi de renuntiatione tacita agerent, quæsiverit eorum rationem, & nescio quo casu recordatus fuerit brocardici quod proviso hominis tollat provisionem legis, & in hoc quæsiverit rationem illarum legum, quæsi nimisrum provisio locatoris accipiendo fidejussorem tollat provisionem legis id est tacitam hypothecam quam locatori leges concedunt. Hoc vero præsupposito non poterat non leges istas intelligere nisi de hypothecis tacitis, quia ad expressas hypothecas non potuisset istud brocardicum applicari: 3.) Sed cum iterum recordaretur sententia a Collegio Juridico datae de confirmanda uxori hypotheca expressa in bonis mariti, non obstante hypotheca tacita, & hac etiam salva manente, in novas angustias redactus fuit, & cum hæc sententia judicialis ipsi potius falsitatem vel brocardici illius vel doctrinæ de tacita renuntiatione hypothecæ tacitæ per acceptiōnem fidejussoris debuisset ostendere; (ut nos revera propria sententia illustranda hoc arguento utimur: quemadmodum uxor accipiendo hypothecam expressam in bonis mariti non censetur renuntiassse hypothecæ præcedenti legali, ita nec creditor accipiendo fidejussorem

jusserem censetur renunciāsse juri pignoris) potius ex uno absurdo in alterum prolapsus est, quārēndo limitatiōnē illius brocardici, & vel primam quā se ei offerebat arripiendo, ne nihil dictum sit, et si ea limitatio vel dissimilitudine allata ita obscura atque insufficiens sit, ut vellem istud artificium scire, quo quis eam ad istos casus duos praecedentes perspicue applicare possit. &c. Hæc non moneo eum in finem, ut turbem manes J[ustitia]C[onstituta] suo tempore celebrimi, sed ut saltem deplorem infelicitatem eorum temporum, in quibus pro Jurisprudentia eximia habebatur, si quis memoria teneret brocardica Glossatorum, barbara plerumque, inepta, & obscurissima, cum centum ampliationibus & limitationibus, discentes non solum confundentibus sed tantum non stupidos reddentibus. Quod si quis credere nolit, evolvat saltem Doctores, quos Richterus ibidem pro explicatione hujus brocardici, *quod provisio hominis tollat provisionem legis*, citavit, vel saltem Taborem axiomaticum sub titulo *provisio*, & dicat mihi, an illis perleclis non confusior recedat, quam antea accesserat. Lex fin. C. de paſt. convent. nil minus probat quam illud brocardicum. Constituit ibi imperator, ut uxor habeat hypothecam ratione paraphernorum a tempore illationis in bonis mariti, nisi jam ipsa fibi de hypotheca prospererit. Quāris rationem. Vel rusticus dicet, quia tam non habet opus hypotheca legali. Glossator contra inculcat auditoribus suis brocardicum: Provisio hominis tollit provisionem legis, idque tanquam arcanum aureum vult notari. Jam quāro quis ex istis duobus pro homine non dicam magis eruditio, sed magis sanæ & integræ mentis sit habendus?

F I N I S.

SUMM ARIA.

Ocasio dissertationis. §. I. De acceptione novi chirographi casus I. si non reddatur chirographus prior in quo hypotheca fuit constituta. §. II. Casus II. si reddatur chirographus prior, in quo hypotheca fuit constituta. §. III. Quid si dolus debitoris intervenierit? §. IV. Dolum tamen in dubio non presumi. §. V. Illustratio dictorum per sententias varias super casu speciali. §. VI. Casus III. si reddatur chirographus prior, in quo pignoris datus simul fuit promissa, retento tamen pignore. §. VII. Applicatio haec tenus dictorum ad caput alterum, de acceptione fidejussoris. §. VIII. Objectio contra hanc applicationem. §. IX. Responso ad objectionem concedendo, fidejussoris acceptione non meliorem reddi conditionem creditoris. §. X. Alia responso, declarando, quo respectu acceptione fidejussoris melior reddatur conditio creditoris. §. XI. Exceptio, si circumstantiae aliae ostendant, de remissione tacita actum esse. §. XII. Doctrina J. Ctorum Romanorum de questione; an accepto fidejussore tacite remissum censeatur pignus. Rationes dubitandi pro affirmativa. §. XIII. Rationes de idem pro negativa. §. XIV. Responso ad rationes dubitandi. §. XV. Consensit nobiscum Franciscus Balduinus. §. XVI. Recensio casus specialis & sententie huc pertinentis. §. XVII. Responso ad autoritatem Brunnemann & Mantica. §. XVIII. Locus Richteri a nobis dissentientis. §. XIX. Varie ad illum locum observationes. §. XX.

C O R O L L A R I A.

I. Jurisdictio Germanorum alta & bassa ex Romanorum notione, Jurisdictione & mixto Imperio frustra explicatur. II. Jus Principis circa Sacra male Episcopale appellatur. III. Generatim Jurisdictione in feudum dara superior concessa non censetur. IV. Incongrua & male coherens est doctrina 2. F. 28. Vasallum ad servitia Domino feudali excommunicato non teneri. V. Jus dandæ civitatis Statibus Imperii vi superioritatis territorialis competit. VI. Inanes sunt de certa Imperii R. G. forma disputationes. VII. In revocatione mandati judicialis iniqua est obseruantia c. 8. d. Procurat. in 6o.





DISSE¹⁷¹⁶
TATIO JURIDICA,
^{DE}
REMISSIONE
TACITA PIGNORIS
VEL HYPOTHECÆ PER
ACCEPTIONEM CHIROGRAPHI
NOVI AUT FIDEJUSSORIS,
QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO CAROLO,
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE
BRANDENBURGICO, ETC.
IN ALMA FRIDERICIANA,
PRÆSIDE
DN. CHRISTIANO THOMASIO, JCTo,
S. REG. MAJ. BOSUSS. CONSILIARIO INTIMO, ACADEMIÆ DIRECTORE
AC PROFESSORE PRIMARIO, AC FACULTATIS JURIDICÆ
PRÆSIDE ORDINARIO.
AD D. XIX. SEPTEMBR. M DCC XVI.
PUBLICÉ RESPONDENDO DEFENDET
FRIDERICUS SCHROETER,
LAUBA-LUSATUS, J. U. C.
HALÆ MAGDEBURGICÆ,
LITERIS SALFELDIANIS, RECUSA 1727. 4)